

[LE COMMENTAIRE DE L'APOCALYPSE DE BEATUS]

[Prologus]

[fol. 14] **Illustration** : *Alpha*.

[fol. 14v° a] **IN NOMINE DOMINI IHESV CHRISTI** *

INCIPIE LIBER REVELATIONIS IOANNIS DOMINI NOSTRI IHESV CHRISTI. AMEN :: ¹

Quedam ² que diuersis temporibus in Veteris Testamenti libris praenunciata sunt de natiuitate Domini et Saluatoris nostri secundum deitatem, uel de corporatione eius, de Passione quoque et de morte, siue de Resurrectione, regno atque iudicio, pro uiribus scientie, et innumerabilibus libris et sanctorum patrum nobilissimorum sententiali breuitate notata, pauca proferenda putauit, ut prophetarum auctoritas, fidei gratiam firmet, et infidelium imperitiam ³ probet. **Q**ue quamuis omnibus nota sint qui per amplitudinem scripturarum percurrunt, facilius tamen ad memoriam redeunt, dum breui sermone leguntur. **Q**ue ⁴ tamen non a me sed a sanctis patribus que explanata repperi in hoc libro indita sunt et firmata his auctoribus sanctis, id est Iheronimo, Augustino, Ambrosio, Fulgentio, Gregorio, Abingio, et Hisidoro. **V**t que in aliis legens non intellexisti, quamuis plebeio sermone in aliquibus diriuata ⁵, tamen plena [fol. 14v° b] fide atque deuotione exposita recognosces. **O**mnium tamen librorum thecam ⁶ hunc librum ⁷ credas esse et clauiculam. **Q**uod si in aliquibus lectorem offendi, caritas que omnia superat, ignorantiam ueniam tribuat. **E**t si quid aliud sapit, hoc quoque Deus illi reuelabit ⁸. **H**ec sunt pauca ex multis, que probabilium ⁹ uirorum nouimus percepisse doctrinis. **Q**uorum eloquia proinde quibusdam in locis a nobis interiecta esse noscuntur, ut sermo noster paternis sententiis firmaretur.

* **LÉGENDE : Caractères rouges** : • Les petites capitales grasses rendent les titres en capitales rehaussés de couleurs diverses – rouge, mais aussi jaune ou bleu. • Les petites capitales non grasses rendent les titres en capitales rouges. • Les grandes capitales grasses en corps supérieur rendent de grandes initiales rentrantes rehaussées de couleurs diverses. • Les caractères normaux rendent des caractères rouges normaux.

Caractères noirs : • Les petites capitales non grasses rendent les titres en capitales noires. • Les initiales grasses rendent des initiales noires rehaussées de jaune, de bleu ou de rouge.

1. Texte rehaussé de couleurs.
2. Grande initiale rehaussée de couleurs sur 5 lignes.
3. in initial corr. en im d'une autre main.
4. e corr. en e d'une autre encre.
5. e corr. en i par surcharge d'une autre main.
6. h suscrit d'une autre encre et d'une autre main.
7. Mot en partie rentrant.
8. reuelauit corr. en reuelabit d'une autre main.
9. lum corr. en lium par i suscrit d'une autre encre.

Haec ¹⁰ ergo, sancte pater, te petente, ob edificationem studii fratrum tibi dicaui, ut quo consorte perfruar religionis coheredem faciam et mei laboris. Amen.

PROLOGVS IN LIBRO ¹¹ APOCALIPSIN ¹² JOHANNIS APOSTOLI ET EVANGELISTE : ¹³ *

Iohannes ¹⁴ apostolus et euangelista, filius Zebedei, frater Iacobi, uirgo electus a Domino atque inter ceteros magis dilectus, qui etiam supra pectus Magistri recumbens, euangelii sui fluentia de ipso sacro dominici pectoris fonte potauit, et quasi unus ¹⁵ de paradisi fluminibus Verbi Dei gratiam in toto orbe terrarum diffudit. Quique in loco Christi, Christo iubente, successit, dum suscipiens matrem Magistri, discipulus etiam ipse [fol. 15r° a] pro Christo quodammodo alter derelictus est filius. **H**ic dum euangelium Christi in Asia ¹⁶ predicaret, a Domiciano Cesare in Pathmos insula metallo religatur, ubi aetiam positus, Apocalipsin scripsit. Interfecto autem a senatu Domiciano, exilio resolutus, redit Ephesum. Ibi que ad ¹⁷ hereticorum refutandas uersutias, eflagitatus ab Asię episcopis euangelium nouissimus edidit, cuius quidem inter alias uirtutes magnitudo signorum haec fuit. **M**utauit in aurum siluestres frondium uirgas. Littore aque ¹⁸ saxa in gemmas. Item gemmarum fragmina in propriam reformauit naturam. **U**iduam quoque ad preces populi suscitauit, et rediuuum iuuenis corpus, reuocando ¹⁹ animam reparat. **B**ibens letiferum haustum ²⁰ non solum euasit periculum, sed eodem prostratos poculo in uitę reparauit statum.

Hic ²¹ autem anno **xcvii**^{mo} ²² post Passionem Domini Saluatoris sub Traiano principe, longo iam uetustatis senio fessus, cum diem transgressionis et migracionis ²³ suę imminere ²⁴ sibi sentiret, iussisse fertur effodere sibi sepulcrum. Atque inde ualedicens fratribus, facta oratione uiuens tumulo introiit. **V**nde accidit ut quidam eum uiuere asserunt ²⁵, nec mortuum in sepulcro, sed dormientem iacere contendunt, maxime pro eo quod illic terra sensim ab imo ²⁶ scaturriens, ad superficiem sepulchri ²⁷ conscendat, et quasi

* Le texte suivant présente une version propre au manuscrit de Saint-Sever, qui diffère fortement du texte commun aux autres *Beatus*, tel que le donne Sanders.

10. *Initiale rentrante.*

11. *LIB ajouté en interligne, mais sans ponctuation. Cette absence étant générale, elle ne sera plus signalée.*

12. *Ligne de points rouges et points bleus superposés.*

13. *Texte rehaussé de couleurs. À la suite, quatre points rouges superposés verticalement, suivis d'une ligne de petits tirets rouges se repliant vers le bas à la fin.*

14. *Grande initiale rehaussée de couleurs rentrante sur quatre lignes.*

15. *unus corrigé en unum par grattage et tilde.*

16. *m final gratté.*

17. *ad ajouté en interligne sans doute d'une autre main.*

18. *aq; ajouté en fin de ligne d'une autre encre et d'une autre main, alors que le mot aque a été effacé au début de la ligne suivante.*

19. *do ajouté d'une autre encre sur des lettres grattées.*

20. *h initial ajouté en interligne.*

21. *Initiale rouge rehaussée de jaune en partie rentrante.*

22. *mo ajouté en interligne d'une autre main.*

23. *et migracionis ajouté en interligne de la même main.*

24. *i initial ajouté en interligne d'une encre plus noire.*

25. *asserant corr. en asserunt par grattage et lettre suscrite.*

26. *Le scribe avait écrit immo, puis le premier m a été effacé.*

27. *h ajouté en interligne d'une autre main.*

flatu quiescentis deorsum ad superiora puluis [fol. 15r° b] ebulliat. Quieuit autem apud Ephesum **VI** kalendas ianuaras.

INCIPIT PROLOGVS TOTIVS LIBRI : ²⁸

Iohannes ²⁹ primus scribere septem iubetur Aecclesiis. **I**bi duodena milia seruorum Dei signantur ³⁰ in frontibus. **I**bi septem angeli tuba canunt, sequenti grandine et igne cum sanguine in terram. **I**bi quoque tercia pars terre comburitur, et tercia pars maris sanguine inficitur ³¹. **A**stra ³² quoque ipsa rutilantia terciam fulgoris ³³ partem amittunt. **I**bi de fumo putei locustę ³⁴ producuntur, demoniorum accipientes potestatem ledendi eos qui non sunt agni cruce signati. **P**reterea comedit ³⁵ euangelista librum testamenti oris praedicatione suauissimum, et operis difficultate amarum ³⁶. **M**etiturque cęleste templum, **d**escribitque ³⁷ uerba uiginti quattuor seniorum. **E**t **a**rcam ³⁸ testamenti. **M**ulierem quoque amictam sole, ³⁹ **P**ugnamque Micahelis ⁴⁰ cum dracone. **R**uinamque draconis **c**onspicit preterea Antichristi figuram, habentem capita regni septem et cornua potestatis, et numerum nominis. **N**arrat inter hęc et canticum testamenti nouum. **S**peculaturque angelos gestantes pateras. **C**ernit similiter interitum bestię. **V**idet beatitudinem eorum qui corporis sui uestimenta seruauerint. **E**xsequitur denique interitum meretricis Babilonis, id est mundi finem. **C**onspicit et mirat nuptias agni. **T**amquam [fol. 15v° a] praesentem uidet aduentum iudicii. **V**idet interitum Antichristi. **V**idet et punitionem sempiternam diaboli. **V**ltimo memorat resurrectionem mortuorum, celique nouitatem. **E**t **t**errae ornatum **d**esertionemque ⁴¹ Iherusalem. **F**lumen etiam babtismi mundum. **L**ignum ⁴² quoque uitę Dominum Ihesum Christum.

EXPLICIT PROLOGVS TOTIVS LIBRI.

INCIPIVNT CAPITVLATIONES INTERPRETISQVE ⁴³ **P**ALIVS ⁴⁴ **P**ER DVODECIM CAPITVLA **LIBRO PRIMO COGNOSCVNTUR** ⁴⁵ **E**SSE **D**IS ⁴⁶ **T**INCTIVS ⁴⁷. **INCIPIT EXPLANACIO** ⁴⁸ **LIBRI PRIMI.**

28. Trois points rouges superposés verticalement.

Dans la marge, une main désigne de l'index le texte encadré suivant : Summatim hoc lege Si uis sequenciam explanare.

29. Grande initiale rentrante sur six lignes.

30. signantis corrigé en signatur par grattage et ajout en interligne de l'abréviation ur.

31. efficitur corrigé en inficitur d'une autre encre, avec surcharge d'un grand I sur le e initial.

32. Mot en partie rentrant.

33. fulguris corr. en fulgoris par surcharge.

34. La cédille est presque effacée.

35. comedet corr. en comedit par i suscrit d'une autre main.

36. animarum corr. en amarum par grattage.

37. discribet corr. en describit par i suscrit.

38. arcum corr. en arcam par grattage et a suscrit, d'une autre encre.

39. Ponctuation forte.

40. h ajouté dans la marge d'une autre main.

41. di initial corr. en de ; grattage entre diser et tionem qui a effacé plusieurs lettres.

42. Mot en partie rentrant.

43. ti ajouté en interligne de la même main que le texte.

44. Lettres rehaussées de couleurs.

45. un ajouté en interligne de la même main que le texte.

* Le texte suivant est propre au manuscrit de Saint-Sever.

46. Lettres rehaussées de couleurs.

Iohannes ⁴⁹ quodam uaticinio ex merito nomen accepit. Interpretatur enim latino eloquio, Domini gratia, * qui etiam plus omnibus apostolis dilectus, ipse pro Christo quodammodo alter derelictus est filius. Ductus ad thronum ⁵⁰ in spiritu, reuelationem Ihesu Christi uidere et cognoscere meruit, et ut Eclesie palam faceret ⁵¹ audiuit. Sic inquit ⁵² angelus ad eum : omnia que uides scribe et mitte septem Aecclesiis [Ap 1,11]. Septem namque Eclesie septem gratie sunt, que per septiformem spiritum per septem classes una Ecclesia esse dinoscitur. *Et conuersus uidit septem candelabra aurea* [Ap 1,12], id est, septem Ecclesias. *Et in medio septem candelaborum aureorum similem filio* ⁵³ hominis [Ap 1,13], [fol. 15v° b] id est Christum uestitum inquit ⁵² tunica talari ⁵⁴, id est Ecclesiam suam, et succinctum ad mammillas. *Due mamme duo* ⁵⁵ sunt testamenta. Lex, et Euangelium. *Zona aurea*, chorus ⁵⁶ sanctorum. *Caput autem eius et capilli erant albi sicut lana alba* [Ap 1,14]. In capite albo, eternitatem demonstrat. *Capilli sancti intelliguntur* ⁵⁷. *Lana* ⁵⁸ propter oues ad dexteram. *Oculi eius ut flamma ignis*. *Oculi*, praecepta sunt duum ⁵⁹ testamentorum. *Et pedes eius ignitos similes auricalco* ⁶⁰ [Ap 1,15]. *Pedes* Ecclesia est. Per duo testamenta igne tribulationis probata. *Et uox eius, ut uox aquarum multarum*. *Aque* populi sunt et predicatorum [Ap 1,16]. *Dextera* Christus filius Dei est, tenens septem Ecclesias. *Et de ore eius, gladius ex utraque parte acutus procedebat*. Iste gladius ex utraque parte acutus, Lex est et Euangelium. *Et faties eius, sicut sol lucet in uirtute sua* [Ap 1,17]. In fatie, cognitio est diuinitatis. *Et cum uidissem eum, ceciidi* ⁶¹ ante pedes eius tamquam mortuus. Omnis enim qui Deum cognouerit, magis eum cognoscit. Tunc uidet factorem suum, et in penitentiam ⁶² tamquam ante pedes cadit ⁶³. *Et posuit super me dexteram suam dicens : Noli timere. Ego sum primus et nouissimus, et fui mortuus, et ecce sum uiuens in saecula saeculorum. AMEN* [Ap 1,18].

EXPLICIT LIBER PRIMVS.

INCIPIT LIBER SECVNDVS. [fol. 16r° a]

Hic ⁶⁴ septem Eclesie, per septiformi ⁶⁵ spiritu ⁶⁶ dicte sunt, que est una Ecclesia, hunc tippum ab Spiritu sancto per Isayam ⁶⁷ predicantem. Legimus de septem

47 Le second i ajouté en interligne de la même main que le texte.

48. cio ajouté en interligne par le rubricateur.

49. Grande initiale rehaussée de couleurs rentrante sur six lignes.

50. h ajouté en interligne.

51. et gratté entre faceret et audiuit.

52. d final corr. en t.

53. filium corr. en filio.

54. e final corr. en un grand i d'une autre main.

55. due corr. en duo.

56. h ajouté en interligne de la même main.

57. intelle corr. en intelli d'une autre main par un grand I écrit sur le e.

58. e final corrigé en a.

59. um final ajouté sur des lettres grattées.

60. o initial corr. en au.

61. Un t final a été effacé.

62. m final effacé, mais le a final est surmonté d'un tilde..

63. cadet corr. en cadit par surcharge d'un grand I d'une autre main.

* Cette indication est propre au manuscrit de Saint-Sever.

64. Grande initiale rehaussée de couleurs rentrante ornée sur deux lignes.

65. e corr. en i d'une autre main.

mulieribus que⁶⁸ apprehenderunt⁶⁹ hominem unum, id est septem Ecclesiae. Unum hominem, Christum.

I⁷⁰ *Prima Ecclesia* [Ap 2,1] ad eos loquitur, qui laborant in seculo, et operantur de frugalitate laborum suorum et pacientes sunt. Et quosdam homines cum uideant in Ecclesia dispensatores et pestiferos, ne dispensatio fiat, portant. Admonet eos de amore in quibus fides eorum deest, ut agant penitentiam.

I *Secunda* [Ap 2,8], ad eos qui inter persecutores habitant, et perseuerant esse fideles.

I *Tercia* [Ap 2,12], ad eos qui supra textum misericordie, illicita faciunt, et aliis facere ostendunt.

I *Quarta* [Ap 2,18], ad eos qui sunt in Ecclesia fideles.

I *Quinta* [Ap 3,1] ad eos qui negligentes⁷¹, nomine tantum christiani sunt.

I *Sexta* [Ap 3,7], ad eos qui humiliter instructi, in fide perseuerant.

I *Septima* [Ap 3,14], ad eos qui student scripturis, et laborant cognoscere secreta praedicationis, et Dei opus facere nolunt, id est, misericordiam, et amorem. Omnibus penitentiam et iudicium annuntiant.

EXPLICIT LIBER SECUNDVS.

INCIPIT LIBER TERTIVS.

Post⁷² hec uidi⁷³ ostium apertum in celo [Ap 4,1]. Ostium Christum dicit natum et passum. Celum uero Ecclesia est.

I⁷⁰ *Post haec* [fol. 16r^o b] uidi⁷³ sedem positam in celo [Ap 4,2], id est sacerdotes in Ecclesia, per quos cotidie⁷⁴ Christus sedet et iudicat. Et super hanc sedem qui sedebat, similis erat aspectui lapidis iaspidis et sardini⁷⁵ [Ap 4,3], id est, duo iudicia, unum per aquam, alterum per ignem.

I *Post haec uidi⁷³ quattuor animalia* [Ap 4,6] procidentia ante thronum, id est quattuor euangelistas, et habebant singuli diuersas similitudines. Primus hominis, id est rationis. Secundus leonis, id est, fortis ad pugnandum. Tertius uituli, id est immolatus in sacrificio. Quartus aquile uolantis, id est eleuatus in contemplatione. Hec quattuor animalia unum sunt quod est Aecclesia.

EXPLICIT LIBER TERTIVS. *

INCIPIT LIBER QUARTVS. *

Post⁷⁶ hec uidi⁷³ in dexteram sedentis librum signatum, sigillis septem [Ap 5,1]. In quo bellum, fames⁷⁷, mors, clamorque⁷⁸ interfectorum. Finis quoque mundi notatur et seculi. Et ipsa sigilla⁷⁹ enumerando dicamus. Id est quattuor equos.

66. u final ajouté d'une autre encre sur une lettre grattée.

67. e initial corrigé par surcharge d'un grand I d'une autre main.

68. qui corrigé en que.

69. ad corrigé en ap.

70. Ce signe I et les suivants sont placés à l'intérieur d'une ligne.

71. negligentes corrigé en negligentes par surcharge d'un grand I.

72. Grande initiale rehaussée de couleurs rentrante sur trois lignes et débordant sur la marge inférieure.

73. t final effacé.

74. Sic.

75. i final ajouté d'une lettre grattée.

* Cette indication est propre au manuscrit de Saint-Sever.

76. Grande initiale rehaussée de couleurs sur quatre lignes.

I Primum album, quod Ecclesia, et sessorem⁸⁰ Christum.

I Secundum roseum, id est populum aduersantem Ecclesiae et sessorem suum diabolum sanguinolentum.

I Tertium⁸¹ nigrum, id est famem spiritualem intra Ecclesiam, Et sessorem suum pseudopphetam.

I Quartum pallidum et sessorem suum⁸² mortem, [fol. 16v° a] cui data est potestas interficere gladio, fame, in mortem, et bestias terrę in quo etiam et hereses in Ecclesia deprehenduntur. Quintum⁸³ *animas interfectorum propter Verbum Dei* [Ap 6,9].

I Sextum *sol nigrum*⁸⁴ *tamquam cilicium, et lunam in sanguine, et stellas*⁸⁵ *cadentes* [Ap 6,12], id est per solem, incredulis obscurabitur⁸⁶, splendor doctrinę. Per lunam, quę⁸⁷ tota facta est sanguinea, hoc est Ecclesia sanctorum, in fine ostenditur, pro Christo sanguinem fundere. Stellarum casus, fideles perturbari.

I In sexto sigillo concludit, quod in⁸⁸ nouissimo certamine Antichristi *quasi ficus uento agitata amittit grossos* [Ap 6,13], id est sanctos qui uidentur sancti, et⁸⁹ excutuntur ab⁹⁰ Ecclesia⁹¹, *et celum recessit ut liber inuolutus* [Ap 6,14], id est sancti⁹² qui eo tempore nullam uirtutem ostendunt, nisi ad sanguinem fundendum. *Et omnis mons et insula de locis suis motę sunt, reges terrae, et magistratus et tribuni, et fortes, et omnis seruus et liber, absconderunt se in speluncis*⁹³ *et in petris montium, et dicent petris et montibus*⁹⁴ *cadite*⁹⁵ *super nos, et abscondite nos a fatię sedentis super thronum et ab ira agni, quoniam uenit dies magnus irę eorum, et quis poterit*⁹⁶ *stare ?* [Ap 6,16-17] Hoc totum tempore Antichristi factum erit. Nam reges terrę et tribunos et fortes, quos dicit : sancti intelliguntur, qui eo tempore Antichristum conuincunt⁹⁷, abscondere se petunt⁹⁸ in speluncis⁹⁹, et in petris montium, id est auxilium prophetarum, apostolorum, et martirum impetra-[fol. 16v° b]-bunt.

77. i corr. en e.

78. que ajouté en interligne d'une autre encre.

79. ipsos sigillos corr. en ipsa sigilla.

80. La fin de la deuxième colonne de texte est en mauvais état et difficile à lire.

81. o final corr. en um par ajout en interligne sans grattage.

82. sessore suo corr. en sessorem suum.

83. Quantum corr. en Quintum par grattage.

84. niger corr. en nigrum.

85. ę final corr. en as d'une autre encre.

86. a corr. en i.

87. qui corr. en quę.

88. in quo corr. en quod in de la même main.

89. et ajouté en interligne de la même main.

90. ad corr. en ab.

91. m final effacé.

92. os corr. en i d'une autre encre.

93. as final corr. en is par grattage.

94. montis corr. en montibus.

95. cadete corr. en cadite par surcharge d'un grand I d'une autre encre.

96. rit ajouté en interligne au-dessus de lettres grattées.

* Cette indication est propre au manuscrit de Saint-Sever.

97. conuincunt corr. en conuincent.

98. u ajouté sur une lettre grattée.

99. a corr. en i.

¶ Post hæc uidi ¹⁰⁰ quattuor angelos stantes in quattuor angulos terre, tenentes quattuor uentos [Ap 7,1], qui ¹⁰¹ sunt quattuor partes mundi. Nam angeli et uenti unum sunt. sed bipartiti sunt, id est boni et mali, id est Ecclesia et regna mundi, quia mundus Ecclesiam odit, et in Ecclesia falsi fratres reperiuntur. Et dictum est ipsis uentis, *ne flarent in terram, neque in mare, neque in ullam* ¹⁰² *arborem* [Ap 7,1], hoc totum homines dicit. Ne flent, id est ne spiritum suum tradant, et sui similes efficiantur, ne sinister ¹⁰³ populus dextrum ¹⁰⁴ ledat ¹⁰⁵.

¶ Post hæc uidi ¹⁰⁰ duodena milia seniorum Dei, id est Ecclesiam in duodenario numero constitutam, qui signantur in frontibus, id est cognitione ¹⁰⁶ operis. Septimum sigillum dicit ¹⁰⁷ in quo signo ¹⁰⁸ complet librum, septem sigillis signatum. *Factum est silentium in caelo quasi semihora* ¹⁰⁹ [Ap 8,1], id est, serui Dei qui ¹¹⁰ omni seculari actione uacant, et in contemplatione perseuerant ¹¹¹ hic incipiunt uitam aeternam degustare.

EXPLICIT LIBER QUARTVS. *

INCIPIT LIBER QUINTVS. *

Post ¹¹² hæc uidi ¹¹³ septem angelos, qui acceperant septem tubas [Ap 8,2], id est septem Ecclesiarum ¹¹⁴ perfectam prædicationem, sicut propheta ait : ut tuba exalta ¹¹⁵ uocem tuam.

¶ *Primus angelus tuba cecinit, et facta est grando et ignis mixtus in sanguine* [Ap 8,7], id est facta est ira Dei, quæ habet ¹¹⁶ in se multorum [fol. 17r° a] mortem, ut sancti quasi aurum in fornace probentur.

¶ *Et secundus angelus tuba cecinit, et uelut mons magnus ignis ardens missus est in mare* [Ap 8,8], id est diabolus missus est in populos.

¶ *Et tercius angelus tuba cecinit, et cecidit de cælo stella magna ardens uelut facula* [Ap 8,10], id est de Ecclesia dicit, cecidisse homines, qui ab omnibus sancti et ¹¹⁷ magni uidebantur ¹¹⁸, et per prædicationem suam et uitam, alios ad mortem trahebant ¹¹⁹.

¶ *Et quartus angelus tuba cecinit, et percussa est tertia pars solis, et tertia pars lune et tertia pars stellarum, ut obscuraretur, et pareret tertia pars diei et tertia pars noctis* [Ap

100. t final gratté.

101. quod corr. en qui par grattage et i suscrit.

102. n initial gratté.

103. Le second s remplace deux lettres grattées.

104. dextram corr. en dextrum par grattage et surcharge.

105. ledant corr. en ledat par grattage.

106. ne écrit d'une autre main sur des lettres grattées.

107. dicit ajouté en interligne sans doute de la même main.

108. Signum corr. en signo par grattage et surcharge.

109. h ajouté en interligne.

110. a final gratté.

111. perseuerant ajouté en interligne sans doute de la même main.

112. Grande initiale rehaussée de couleurs rentrante sur sept lignes.

113. uidit corrigé en uidi par grattage du t.

114. ecclesias corrigé en ecclesiarum de la même main.

115. t final gratté.

116. Grattage d'un n avant le t final.

117. et ajouté en interligne.

118. ba écrit d'une autre main sur des lettres grattées.

119. trahunt corrigé en trahebant par surcharge du e et ajout de bant en interligne.

8,12], id est, separant se sancti ab iniquis. *Post hec uidi* ¹²⁰ *et audiui* ¹²⁰ *unam aquilam uolantem in medio cęlo dicentem uoce* ¹²¹ *magna* ¹²¹ : *Uę, ue, ue habitantibus terram de reliquis uocibus tubę, trium angelorum, qui tuba canituri* ¹²² *sunt* [Ap 8,13]. Aquila et cęlum Țcclesia est ; quod dicit discurrentem, id est plagas nouissimi ¹²³ temporis, magna uoce predicat.

¶ *Et quintus angelus tuba cecinit, et uidi* ¹²⁴ *stellam de cęlo cecidisse* ¹²⁴ *in terram et data est clauis putei abyssi, et aperuit puteum abissi* [Ap 9,1], id est populus recessit ab Țcclesia cum ¹²⁵ pseudopropheta ; puteum aperuit, quia cor suum per uerba manifestauit ¹²⁶. Abyssus dicebatur ¹²⁷, quia occultus latebat. *Et ascendit fumus de puteo quasi fumus magne fornacis, et obscuratus est sol, et* ¹²⁸ *aer de fumo putei* [Ap 9,2]. Sol Țcclesia est, fumus, uerba sunt malorum hominum. Sicut enim fumus ignem preit ¹²⁹, ita ipsi obscurant Aecclesiam, et uerbis eam [fol. 17r° b] conuincunt, et quibusdam faciunt cecitatem. *Et ex fumo putei exierunt locustę* [Ap 9,3], id est multitudo demonum, qui in corda ipsorum quasi in puteo ligati tenebantur, et cum ipsis ¹³⁰ hominibus ¹³¹ quos possident, contra Țcclesiam insurgunt. *Et data est eis potestas, sicut habent potestatem scorpii terrae* [Ap 9,3]. Scorpio enim ore palpat, et cauda percutit. Ita isti in aliquibus quasi ore blandiuntur, et ex aduerso feriunt. *Et similitudo locustarum, similes equorum paratorum ad bellum. Super capita eorum coronas similes auro* [Ap 9,7], id est sub nomine christianitatis, ¹³² ut equi soluti currentes ad malum. *Et faties eorum* ¹³³ *sicut faties hominum* [Ap 9,7], id est quasi rationales noscuntur. *Et habebant capillos, sicut capillos mulierum* [Ap 9,8], id est fluxi et effeminati. *Et habebant dentes sicut leonum*, id est ad deuorandum fortes. *Et habebant caudas similes scorpiis, et aculeos in caudis eorum* ¹³³ [Ap 9,10], hoc ¹³⁴ Dominus ait ¹³⁵ ostenderet in tales equos populum aduersarium Aecclesiae, et in uno corpore multa membra signaret. In capita equorum, principes terrae. In caudas, falsos sacerdotes, qui regali amicitia fulti, Țcclesiam premunt, et populis ¹³⁶ securitatem promittunt. *Et habent super se regem angelum abyssi* [Ap 9,11], id est diabolum, uel regem saeculi. Abyssus populus est. *Nomen habet ebrayce Abaddon* ¹³⁷, *grece, Apollion, latine Perdens. Uę unum abiit, ecce ueniunt adhuc duo ue postea* [Ap 9,11]. Ecce signauimus puteos [fol. 17v° a] homines esse ignorantes, et locustas demonia siue multitudinem hominum accipientes potestatem ledendi, qui non sunt agni cruore signati.

120. t final gratté.

121. m final gratté.

122. ani écrit d'une autre main sur des lettres grattées.

123. s final gratté.

124. t final gratté.

125. cum suo corr. en cum par grattage et surcharge.

126. b gratté après le deuxième a, u ajouté en interligne.

127. i gratté et remplacé par eba suscrit de la même main.

128. t ajouté en interligne.

129. Grattage d'un premier i.

130. ipsos corr. en ipsis par surcharge d'un grand I d'une plume plus fine et d'une encre plus pâle.

131. homines corr. en hominibus.

132. Un premier ut gratté en début de ligne.

133. earum corr. en eorum.

134. hoc ajouté en fin de ligne sans doute de la même main.

135. Dominus ajouté en début de ligne dans la marge.

136. populo corr. en populis.

137. Abadaon corr. en Abaddon par surcharge.

¶ *Et sextus angelus tuba cecinit [Ap 9,13]. Hic incipit nouissima praedicatio. Et audiuit unum ex quattuor cornibus angelum arę aureę, quę est in conspectu Dei, dicentem sexto angelo, qui habebat tubam. Solue quattuor angelos ligatos, in flumine magno Eufrate [Ap 9,14]. Unum ex quattuor cornibus populum de circumcissione dicit, qui in toto mundo solus Deum cognoscebat. Ara aurea Aecclesia est, quę ex circumcissione uenit. Solue quattuor angelos quod dicit, id est ab oriente et ¹³⁸ occidente, a septentrione et meridiano, per quattuor partes mundi uniuersalis fiat Aecclesia, et cognoscat nomen Domini. Hic angelus cui tuba solui precipitur, totius Eccclesię pꝛedicatio intelligitur. Eufrates autem flumen est Babilonis, Babilon omnis mundus intelligitur. Et post haec uidi ¹³⁹ equos in uisione et sedentes super eos habebant loricas igneas, iacintinas, et sulfureas, et capita sicut leonum [Ap 9,17]. Id est ¹⁴⁰ non tales quales supradiximus, sed similes. Dum similes dixit, unam rem dissimiliter descripsit ¹⁴¹, de ore eorum exiebat ¹⁴² ignis, et fumus, et sulfur [Ap 9,17]. In fumo, iacintum dixit, id est uerba ipsorum hominum. Ab his tribus plagis, igne, fumo, et sulfure, quod exiebat ¹⁴³ ex ore, occisa est tertia pars hominum. Potestas equorum in ore et in caudis eorum [Ap 9,19], id est principes mundi, et sacerdotes, [fol. 17v° b] et in his nocent, quia sine ipsis nocere non possunt. Et uidi ¹⁴⁴ alium angelum fortem descendentem de celo, nube amictum, et hyris super caput eius [Ap 10,1]. Dominus est indutus Eccclesiam ¹⁴⁵: hyris super caput, perseuerantia Eccclesię. Nubes, predicatorum, qui miraculis pluunt, et faties eius sicut sol, et pedes eius sicut columnę ignis. In fatie, cognitio Christi. In pedes, passio nouissime persecutionis. Et habebat in manu sua librum apertum [Ap 10,2], id est, per Legem et Euangelium cognoscere Christum. Et posuit pedem suum dextrum super mare, et sinistrum ¹⁴⁶ super terram. Dextrum in mari, id est fortia membra in maioribus periculis, minora membra in competentibus ¹⁴⁷. Et clamauit uoce magna sicut leo fremens [Ap 10,3], id est praecepit fortiter predicare. Et cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua uoces suas. Et quę locuta sunt septem tonitrua ¹⁴⁸ eram scripturus. Et audiui uocem de celo dicentem. Signa quę locuta sunt septem tonitrua ¹⁴⁸, et ne ea scripseris [Ap 10,4]. Hęc in prima parte libri dixit. In ultima uero praecipitur ne signaueris, id est quod in primordio Aecclesia plenissime non cognouit, finis cotidiaie ostendit. Et angelus quem uidi ¹⁴⁹ stantem super mare et super terram, sustulit manum suam in caelo, et iurauit per uiuentem in secula seculorum, quia tempus iam non erit. Sed in diebus uocis septimi angeli cum cęperit tuba canere [Ap 10,5-7], iam non esse tempus nisi purgationis, id est resurrectionem futuram pacis, in quo firmata [fol. 18r° a] erit Aecclesia, sicut apostolus ait, nouissima tuba, et in ea consummatum erit misterium Dei, sicut aeuuangelizauit per seruos suos. Et uocem audiui de caelo loquentem mecum et dicentem : Vade, accipe librum qui est in*

138. et ajouté d'une autre encre.

139. t final gratté.

140. Id est ajouté en interligne de la même main.

141. Le second s ajouté en interligne.

142. exiit corr. en exiebat par ajout en interligne de la même main.

143. exiit corr. en exiebat par ajout dans la marge.

144. t final gratté.

145. m ajouté en fin de ligne d'une encre plus claire.

146. n corr. en s.

147. n gratté après co surmonté d'un tilde.

148. h gratté entre t et o.

149. t final gratté.

manu angeli, et comede illum. Et ¹⁵⁰ *erit tibi in ore dulcis, sicut mel, et in uentre amarus, sicut fel [Ap 10,8]. Hic liber Lex est et Eꝯangelium ; sed cum eum ceperis legere, dulcis erit* ¹⁵¹ *in ore, sed amaritudinem senties, cum pꝛedicare et operari* ¹⁵² *coeperis, quod intellexeris. Et cum factus esset in ore meo dulcis, et in uentre amarus, dicit michi : oportet te, iterum pꝛedicare [Ap 10,10]. Cum hoc dicit, aperte intelligitur, quod* ¹⁵³ *in primordio, Aecclesia prophetiam apertam habuit, cum tanta martiria collegit, et postquam fides omnem mundum perlustrauit, profetiae os* ¹⁵⁴ *clausit. Et quod dicit oportet te iterum predicare, ostenditur in fine seculi, quod est aduentus Antichristi, prophetiae os aperire, in ore dulcescere, et in uentrem amaricari* ¹⁵⁵ *, cum ceperit predicare et operari* ¹⁵⁵ *. Et data est michi arundo, similis uirge. Et dixit michi angelus : Surge et metire templum Dei et altare et eos qui adorant in illo [Ap 11,1]. Non ille sedebundus audiebat, ut diceret ei surge ; sed hoc peccatori dictum est : Surge ad penitentiam. Templum metire id est* ¹⁵⁶ *patrem confitere* ¹⁵⁷ *omnipotentem et Ihesum Christum filium eius, qui natus est* ¹⁵⁸ *ex Maria uirgine. Hunc per prophetas pꝛedicatum, hunc esse agnum Dei, et [fol. 18r° b] Verbum Patris, et conditorem orbis. Haec est arundo, et mensura fidei. Sed nemo adorat aram sanctam, nisi qui hanc fidem recte crediderit, ipsi soli adorant, quia non omnes qui uidentur adorare recte credunt* ¹⁵⁹ *. Et dicit michi : Atrium quod est foras templum, exclude foras [Ap 11,2]. Templum, seruos Dei dicit, atrium uero, christianos malos dicit. Quia atrium, ad templum pertinere uidetur, sed templum non est. Et christiani mali ad sanctos pertinere uidentur* ¹⁶⁰ *, sed sancti non sunt. Proinde excludentur foras, quia tempore Antichristi, ciuitatem sanctam, id est Aecclesiam ipsam calcabunt. Et dabo duobus testibus meis, et prophetabunt dies mille ducentos nonaginta, amicti ciliciis [Ap 11,3]. Hii duo testes, Lex est et Eꝯangelium. Amicti ciliciis, quia penitentiam predicant. Verum in finem de Eꝯlia et qui cum eo uenturus est dicit. Dabo duobus testibus meis et prophetabunt dies mille ducentos nonaginta, quod sunt anni tres et menses sex, tantum* ¹⁶¹ *erit illorum praedicatio, et regnum Antichristi alterum tantum. Hii sunt duę oliuę et duo candelabra [Ap 11,4]. Hęc secundum litteram de Eꝯlia* ¹⁶² *et qui cum eo uenerit diximus. Sed nunc spetialiter de duobus* ¹⁶³ *testamentis* ¹⁶⁴ *, quod est lex et Eꝯangelium, dicamus. Hii sunt duę oliuę et duo candelabra. Istud* ¹⁶⁵ *candelabrum, quod* ¹⁶⁶ *per Moysen septem ramorum scribitur, Aecclesia*

150. Mot en partie rentrant.

151. est corrigé en erit.

152. e final corr. par surcharge d'un grand I.

153. quod ajouté en interligne.

154. Un h initial a été gratté.

155. e final corr. par surcharge d'un grand I.

156. est ajouté en interligne.

157. i final corrigé en e.

158. de gratté en fin de ligne, et Spiritu sancto en début de la ligne suivante.

159. recte credunt ajouté en interligne de la même main.

160. n ajouté en interligne d'une encre plus claire et sans doute d'une autre main.

161. tantum ajouté en interligne de la même main.

162. m final gratté.

163. bus ajouté en interligne.

164. a final corr. en is.

165. iste corr. en istud par ud suscrit sans suppression du e.

166. qui corr. en quod.

septiformi ¹⁶⁷ spiritu plena, et duæ oliuæ, id est Lex et Eūangelium. Infundere oleum candelabro, id est, ¹⁶⁸ Aecclesia cum oleo suo [fol. 18v° a] indeficiente, quod eam facit in lumen obardere. *Et si quis eos uult ledere, ignis exiit de ore eorum, et deuorabit* ¹⁶⁹ inimicos eorum [Ap 11,5] : Id est, si quis legem et eūangelium non uult ¹⁷⁰ audire, diuino igne cremabitur. Hic ¹⁷¹ ignis, est ¹⁷² uerbum predicationis, quem Ihesus uenit mittere in terram corporis nostri, et in omnibus desiderat ardere. *Hii duo habent potestatem claudere cælum, ne imbrem pluatur* [Ap 11,6], id est ligandi, et soluendi. *Et habent potestatem aquas uertere in sanguinem.* Aqua ¹⁷³ scriptura est. Tunc cælum clauditur, quando uerba predicationis, in corde durissimo, notantur ¹⁷⁴. Et per praua opera, hoc ipsum ¹⁷⁵ inutile fit in eis, quod christiani ¹⁷⁶ uidentur. *Et uincet eos, et occidet eos* [Ap 11,7]. Hoc Antichristus cum suis ministris ¹⁷⁷ spiritaliter in Eccclesia facit. *Uincet eos*, qui opera mala faciunt. *Occidet eos*, qui Christum predicant et a malis non recedunt. Quia qui Legem et Eūangelium non obseruant ¹⁷⁸, tamquam Antichristus Heliā et Henoc occidit ¹⁷⁹. *Et corpus eorum proicietur in platea ciuitatis* [Ap 11,8]. Duorum dixit unum corpus, quia Lex et Eūangelium unum sunt, et Eccclesiae unum corpus ostendunt. Quod autem dixit *proicientur in platea ciuitatis*, platea ¹⁸⁰ græce, latitudo dicitur. Quia lata uia et spatiosa est ¹⁸¹, sectando corpora testamentorum. Id est, Legem ¹⁸² et Eūangelium ¹⁸³ proiciunt a se in medio ciuitatis, quod est Eccclesia, sicut scriptum est. *Odisti disciplinam, et proiecisti sermones meos post te. Et uident ex populis, et tribubus* ¹⁸⁴, *et linguis, et gentibus, corpus eorum* [fol. 18v° b] *tribus diebus et dimidio* ¹⁸⁵ [Ap 11,9], id est, trecentis ¹⁸⁶ quinquaginta, quod sunt anni tres et menses sex. Hoc spiritaliter est intellegendum : A passione Domini usque ad tempus Antichristi, anni dicuntur tres et menses sex. Pro uno anno centum annos, et pro tribus ¹⁸⁷, trecentos, et pro quinquaginta annis ¹⁸⁸, sex menses. Miscet enim tempus nunc p̄sens, nunc futurum, sicut Dominus in Eūangelio. *Veniet inquit* ¹⁸⁹ *hora* ¹⁹⁰, *ut omnis qui uos occiderit, putet se obsequium p̄stare Deo.*

167. s final gratté.

168. ecclesiæ ; haec est grattés en début de ligne.

169. deuorat corr. en deuorabit.

170. noluerit corr. en non uult.

171. e corr. en i ; est gratté entre hic et ignis.

172. id gratté devant est.

173. s final gratté.

174. e corr. en a.

175. ipsud corr. en ipsum.

176. um final corr. en i.

177. suo ministro corr. en suis ministris.

178. n ajouté en interligne.

179. e corr. en i d'une autre encre.

180. plato corr. en platea.

181. est ajouté en interligne.

182. legis corr. en legem.

183. ii final corr. en ium.

184. bu ajouté en interligne d'une encre plus claire.

185. um final corrigé en o.

186. os corr. en is.

187. tres corrigé en tribus.

188. o corr. en i d'une encre plus claire.

189. d final corrigé en t.

190. ora corr. en hora par add. de h en interligne d'une encre plus claire.

Numquam enim separat presens tempus, a nouissimo, quo reuelabitur Antichristus. Quia quod tunc uisibiliter fiet¹⁹¹, nunc inuisibiliter in Eꝛclesia geritur. *Et corpora eorum non permittunt poni in monumentis* [Ap 11,9], id est uotum eorum dixit, qui Christum sequuntur, non permittunt eos quiete poenitentiam agere. Sicut scriptum est : *Vꝛ uobis, scribꝛ et pharisei, ꝑꝑci ypocritæ*¹⁹², *qui clauditis regnum ꝑꝑlorum*, id est Eꝛclesiam, *nec uos intratis, nec alios permittitis intrare. Et habitantes terram gaudebunt*¹⁹³ *super eos et epulabuntur*¹⁹⁴, *et munera inuicem mittent*¹⁹⁵ [Ap 11,10]. Id est quando affliguntur iusti, tunc gaudent et exultant iniusti, etiam uisus ipse grauat iniustos, sicut de Christo dicebant : *Grauis est nobis ad uidendum*, et non solum grauat, sed et tabescere facit, sicut scriptum est. *Peccator uidet et irascetur, dentibus stridet et tabescet*. Gaudebunt ergo cum iam nichil habuerint quod impacienter efferant, disturbatis occisisque iustis, et eorum hꝛe-[fol. 19r^o a]-ditate possessa. Quia dicent, *hii*¹⁹⁶ *duo prophetꝛ cruciauerunt habitantes terram* [Ap 11,10], ac¹⁹⁷ si dicant¹⁹⁸ : *hii*¹⁹⁶ *qui per Legem et Eꝛangelium uiuebant, et nos uiuere cogebant, nunc*¹⁹⁹ *gaudeamus, cum eos a persecutione dispersos, et exterminatos, uidemus. Et post tres dies et dimidium spiritus uitꝛ a Deo*²⁰⁰ *intrauit*²⁰¹ *in illos, et steterunt super pedes suos. Et timor magnus ꝑꝑcidit super uidentes eos. Et audiui uocem magnam de ꝑꝑlo, ascende huc. Et ascenderunt in celum in nube* [Ap 11,11]. Istos tres dies et dimidium, iam supra spiritaliter, diximus, a primo aduentu, usque ad secundum aduentum. Quod autem dixit, *steterunt super pedes suos*, hoc ad resurrectionem futuram pertinet. Quod uero dixit *timor magnus ꝑꝑcidit super uidentes eos*, communiter dixit. Vt mutata uice tristetur sine fine, qui gaudet²⁰² temporaliter, et gaudebunt sine fine, qui temporaliter tristantur²⁰³. Quod autem dixit *ascende huc, et ascenderunt in ꝑꝑlum, in nubꝛ* [Ap 11,12], hoc est quod apostolus dixit : *Rapiemur in nubibus obuiam Christo*. Ante aduentum autem Domini nulli hoc posse contigit²⁰⁴, ut aliquis immo ꝑꝑꝛter Christum in ꝑꝑlum ascendere²⁰⁵ in corpore. Scriptum est enim : *Initium Christus. Deinde qui sunt ueri discipuli Christi, in aduentu Eius rapiemur in nubibus, et occurrent*²⁰⁶ *obuiam*. Vnde excluditur omnis suspicio quorundam, qui putant hos duos testes, duos uiros esse, et ante aduentum Domini ꝑꝑlum in nubibus [fol. 19r^o b] ascendere. Si pro Hꝛelia et qui cum eo uenturus est diceretur, hoc quod supra exposuimus, quomodo potuerant²⁰⁷ habitantes terram de

191. fit corr. en fiet par e suscrit de la mꝛme main.

192. i initial corr. en y d'une encre plus claire.

193. bu ajoutꝛ en interligne.

194. bun ajoutꝛ pour remplacer des lettres effacꝛes.

195. unt final corr. en ent.

196. Le second i ajoutꝛ d'une autre main.

197. hac corr. en ac par grattage.

198. Corr. dicunt.

199. tunc corr. en nunc.

200. ad eos corr. en a Deo.

201. intrabit corr. en intrauit.

202. a grattꝛ entre e et t.

203. Grattage de ab entre trist et antur.

204. contingere corr. en contigit.

205. ascendat corr. en ascendere.

206. occurrunt corr. en occurent.

207. u corr. en a d'une encre plus sombre.

duorum necę gaudere, si ²⁰⁸ in una ciuitate morerentur ²⁰⁹ ? Aut quando poterant ²¹⁰ munera mittere si tres dies sint, qui antequam gaudeant de morte, contristabuntur de resurrectione. Aut quales epulæ ²¹¹ poterant ²¹⁰ esse, si triduo cadauera inhumata mixta fetore fuissent. Quod ²¹² manifestum est, quia ²¹³ alios duos pro Lege et Eūangelio dicit. Et tres dies et dimidium, a primo aduentu Domini usque ad secundum aduentum Eius. *Et timor magnus cecidit super uidentes eos [Ap 11,11].* De hominibus ²¹⁴ uiuis dixit, quia et iusti, quos dies iudicii uiuos inuenerit, pertimescent in resurrectione dormientium. *Et uiderunt eos inimici eorum [Ap 11,12].* Hic separabit iustos ab his, quos in commune dixerat, *et in illa hora factus est terre motus magnus [Ap 11,13],* id est persecutio magna in aduentu Domini. In illa hora quod dicit, omne tempus significat. *Vt qui in tecto est non descendat tollere aliquid de domo sua,* id est qui per Eūangelium uiuit, non presumat reuestiri hominem ueterem. Et quod semel abrenuntiauerat, habere non desideret. *Et decima pars ciuitatis cecidit, et occisa sunt in terremotu septem milia [Ap 11,13],* Septem milia, et decem milia perfectus numerus intellegitur. Duo sunt aedificia Aecclesię. Unum supra petram quod est Christus, alterum super arenam, quia ²¹⁵ sunt hereses. Hoc dicitur corruisse in perse-[fol. 19v^o a]-cutione. Et ceteri timuerunt, et dederunt claritatem Deo cęli. Isti sunt supra petram. Quia quando iniustos terremotu morientes uiderint, ipsi iusti timentes confusionem ²¹⁶ animarum suarum sollicitantur, et in obseruatione preceptorum plus accenduntur et iugiter Deum clarificant, sicut scriptum est. *Videns iustus ²¹⁷ impium puniri astucior fit.* Finita recapitulatione quam pretermisso septimo angelo dixerat, repetit ordinem dicens : *Uę secundum habiit [Ap 11,14].* Primum enim uae per locustarum prelium dicitur habisse ²¹⁸, et alterum ue ²¹⁹ uenire in equos quos in uisione uiderat. Non dixit ibi uę secundum habiit, ne statim tertium discerneret, quia in locustas et in equos ²²⁰ duobus modis uę recapitulatum est. Nunc finita ipsa recapitulatione, dicit, uę secundum habiit. *Ve* ergo secundum habiit equorum est, quod sequitur tertium uę. Et septimus angelus in quo finis describitur, hic uidetur duos fines fecisse in sequentes. Unum recapitulationis, et alterum ordinis. Dixit enim finem in resurrectione testium, id est Legis et Eūangelii, quę hic ²²¹ supra exposuimus, quos preter ordinem subiecerat et inducit alterum quem pugne equorum debebat dicens. *Ve secundum habiit, et ecce uę ²²² tertium uenit cito.*

208. nisi corr. en si par grattage du ni initial.

209. [m]orientur a été corr. en morerentur d'une encre plus sombre et d'une autre main.

210. poterunt corr. en poterant à l'encre noire.

211. as final corr. en æ.

212. d final en interligne de la même main.

213. qui corr. en quia par add. d'un a interlinéaire d'une encre plus sombre.

214. ibus ajouté sur des lettres grattées.

215. quod corr. en quia.

216. confessionem corr. en confusionem.

217. iustus ajouté en interligne d'une même main.

* Cette indication est propre au manuscrit de Saint-Sever.

218. h ajouté en interligne d'une encre plus claire.

219. ue ajouté en interligne d'une autre encre.

220. e ajouté d'une encre plus claire.

221. hinc corr. en hic par grattage du n.

222. La cédille est à peine visible.

I Et septimus angelus tuba cecinit, et factę sunt uoces magnę in cęlo dicentes : [fol. 19v° b] Factum est regnum mundi Dei nostri et Christi eius, et regnabit in secula seculorum. Et uiginti quattuor seniores ceciderunt super facies ²²³ suas, et adorauerunt Deum dicentes : Gratias tibi agimus Domine Deus omnipotens, qui es et qui uenis, quoniam accepisti uirtutem tuam magnam et regnasti, et gentes iratę sunt et uenit ira tua, et tempus quod ²²⁴ de mortuis iudicetur [Ap 11,14-18]. Initium dixit et finem. Regnasti et gentes iratę sunt, primus aduentus est. Venit ira tua, id est ²²⁵ quod ²²⁶ de mortuis iudicetur secundus. Et dare mercedem seruis tuis prophetis et timentibus nomen tuum et corrumpere corrumpentes terram [Ap 11,18]. Ecce ue tertium uenit in uoce septimi angeli, in quo erit nouissimum certamen et Domini manifestus aduentus. Non est qui laudet Dominum et gratias agat creatori praeter Aecclesiam ²²⁷. Quia cum recte uiuit, et recte credit, tunc a malis hominibus ²²⁸ ue patitur. Vnde intelligimus bonorum remunerationem non esse sine malorum ue, sicut ipsa Eccclesia dicit: Venit iam ²²⁹ ira tua et tempus quod de mortuis iudicetur, et dare mercedem seruis tuis, et corrumpere corrumpentes terram [Ap 11,18]. Hoc est ue nouissimum quod ²³⁰ aquila dixerat: ue, ue, ue, habitantibus terram, de reliquis uocibus tube trium angelorum, qui tuba canituri sunt. In hoc ue fecit finem. Sed recapitulat a natiuitate Domini [fol. 20r° a] eadem altera clarius dicturus ²³¹.

EXPLICIT LIBER QUINTVS. *

INCIPIT LIBER SEXTVS ²³².*

***E**t ²³³ apertum est templum Dei in cęlo, et uisa est archa testamenti Eius in templo Eius [Ap 11,19]. Id est manifestatus est Christus et aperta est prophetia in Eccclesia. **E**t facta sunt fulgura ²³⁴ et thonitrua et terremotus et grando magna. Haec omnia uirtutes sunt coruscationis et praedicationis in bello ²³⁵ Eccclesię, sicut supra in septem angelorum tubis exposuimus, ab aduentu Domini usque in finem, ut quid per singulas tubas quemadmodum per partes factę sunt recognoscas. Ita et nunc ut templum Dei in cęlo apertum sit, et pugnę secuteę, dicens. **E**t uidi, inquit bestiam ascendentem de habisso ²³⁶. Post multas plagas saeculo infixas, ascendisse bestiam dicit de abisso, **H**ęc propriae de antichristo dicit. Quia ex quo Christus natus est semper in malis hominibus fuit qui Christum crucifixerunt. Abyssus ipsi ²³⁷ fuerunt, qui Eccclesiam persecuntur. Abyssus Antichristi sunt. Abyssus enim homines sunt in tenebris ambulantes. Quia sicut Christus habuit mediatores suos patriarchas et prophetas, qui eum significauerunt, et postquam uenit ipsi eum*

223. Lire facies.

224. u et d ajoutés en interligne d'une autre main.

225. id est en interligne de la même main.

226. d ajouté dans la marge d'une autre main.

227. Tilde sur le a d'une encre plus claire.

228. omnibus corr. en hominibus par h et i suscrits d'une encre plus claire.

229. iam ajouté en interligne d'une encre plus claire.

230. quem corr. en quod.

231. Une ligne brisée occupe la fin de la ligne.

232. Capitales rehaussées de couleur.

233. Initiale rehaussée de couleurs faiblement rentrante sur quatre lignes.

234. Trou circulaire entre fulgu et ra.

235. rum final gratté.

236. Sic. Le h initial ajouté dans la marge d'une encre plus claire.

237. us final gratté.

cognouerunt, qui et significauerunt, et inde suscitata est Aecclesia, et Christus caput totius Eꝑclesie. In uno corpore regnat cum suis²³⁸ membris²³⁸, ita et Antichristus habet medi-[fol. 20r° b]-atores suos, reges malosque²³⁹ sacerdotes, quorum membra sibi per opera recognoscet, qui²⁴⁰ omnium malorum rex est et caput. *Et uisum magnum uisum est in celo* [Ap 12,1], id est in Aecclesia Deum hominem²⁴¹ fieri. *Mulier amicta sole et luna sub pedibus eius, et in capite eius corona*²⁴² stellarum duodecim etenim²⁴³. Antiqua Aecclesia est patrum et prophetarum et apostolorum, que gemitus et tormenta desiderii sui habuit, usquequo Christum secundum carnem promissum ex ipsa sua gente uideret corpus sumpsisse. Sole autem amicta, spes est resurrectionis. Luna uero, pericula sanctorum, que in tenebris istius saeculi patiuntur²⁴⁴, quod deficere numquam potest. Nam quemadmodum minuitur luna²⁴⁵, ita et augetur. Ita et sancti habent in tenebris lucem, sicut luna. Corona autem stellarum²⁴⁶ duodecim, chorum²⁴⁷ autem patrum significat, ex quibus erat Christus carnem sumpturus, et in Christo duodecim tribus Israel, quod est Aecclesia. *Et mulier in utero habet et clamabat parturiens cruciabunda parere* [Ap 12,2]. Hanc mulierem Eꝑclesiam dicimus que Christum²⁴⁸ in utero habet, que Eꝑclesia²⁴⁹ cum grandi²⁵⁰ gemitu parturit, quia²⁵¹ Christum imitari²⁵² cupit.

¶ *Et uisum est aliud*²⁵³ signum in celo, ecce draco roseus magnus [Ap 12,3]. Celum Eꝑclesia est. Draco, diabolus. Simulat se Christum adoraturum per suos ministros in Eꝑclesia. Ut sicut Herodes intestinus²⁵⁴ hostis, quem adorare simulabat, occidere uolebat. Itaque²⁵⁵ diabolus natum mulieris Eꝑclesiae [fol. 20v° a] per malos christianos simulando sanctitatem, Christum²⁴⁸ in pectore nostro conatur²⁵⁶ occidere, *habens capita septem et cornua decem* [Ap 12,3]. Sed quot²⁵⁷ sunt capita, tot²⁵⁸ sunt et cornua. In septem capita omnes reges, et in decem cornua omnia regna dicit. Vtrumque enim perfectus numerus est. *Et cauda eius trahit*²⁵⁹ tertiam partem stellarum celi, et misit eas in terram [Ap]12,4. Cauda eius draconis, prophetę et sacerdotes iniqui sunt, sicut in locustas diximus,

238. is écrit d'une encre plus claire sur des lettres grattées.

239. q[ue] remplace et effacé.

240. qui ajouté dans la marge de la même main.

241. hominum corr. en hominem.

242. Tilde effacé sur le a final.

243. etenim ajouté d'une encre plus claire et d'une autre main.

244. un ajouté en interligne d'une encre plus claire.

245. luna ajouté dans la marge d'une plume plus fine.

246. rum ajouté d'une encre plus claire.

247. chorum inséré d'une autre encre dans un espace ménagé par grattage.

248. Correction d'un o avec tilde en m.

249. m final gratté.

250. grande corr. en grandi.

251. a ajouté en interligne.

252. e final corr. en i.

253. Tilde sur le u final corr. en d.

254. intestinis corr. en intestinus par addition du u au-dessus du i.

255. que ajouté en interligne d'une plume très fine.

256. conatur corr. en conatur par grattage.

257. quod corr. en quot.

258. hoc corr. en tot.

259. h ajouté en interligne d'une encre plus claire.

quia ²⁶⁰ stellæ ²⁶¹ caeli adherentes sunt ²⁶² sibi, id est sancti, qui uidentur intra Æcclesiam falsi, deiciuntur ²⁶³ in terram ²⁶⁴. Quia omnes sancti cælum sunt, et peccatores terra ²⁶⁵ dicuntur, ipsi sunt sub pedibus mulieris.

¶ *Et genuit mulier filium masculum*, id est Æcclesia Christum. Deinde corpus eius quod sunt sancti, quos ²⁶⁶ cotidie cum gemitu parturit. Vnum filium dixit, quia Christus caput est, dum ²⁶⁷ Æcclesia cum ²⁶⁸ membris ²⁶⁹, unum est corpus. Masculum dixit, id est uictorem aduersus diabolum, qui feminam uicerit, nam et femina, quæ ²⁷⁰ diabolum uicerit, masculus nuncupatur. Et masculum ²⁷¹ quem diabolus uicerit, feminam superare diabolus dicitur. *Et mulier fugit in heremum* [Ap 12,6], id est in desertum, quod sunt homines mali, qui prædicationem non recipiunt, qui sunt scorpiones, et uiperæ, de quibus Dominus seruis suis ait : *Dedi uobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones*.

¶ *Et factum est prælium in caelo Micahel et angeli eius pugnabant cum dracone. Et draco pugnabat, et angeli eius* [Ap 12,7]. Micaelem Christum dicit, cælum uero Æcclesiam. Et angelos eius, sanctos homines. Nemo est qui habeat angelos, [fol. 20v° b] nisi Dominus Ihesus Christus. Absit enim ut credamus diabolum cum angelis suis in cælo ausum esse pugnare, qui in terris unum hominem Iob a Domino expetiuit, ut lederet. Potestatem namque pugnandi cum semine mulieris, non cum Filio Dei, aut angelis eius accepit. *Et non ualuerunt, neque locus eorum inuentus est amplius in caelo* [Ap 12,8], id est in hominibus ²⁷² sanctis dixit. Ipsi dicuntur ²⁷³ caelum, quia credentes semel in Christo expellunt ²⁷⁴ diabolum.

¶ *Et cum uidisset draco quia* ²⁷⁵ *exclusus est in terra, persecutus est mulierem quæ peperit masculum* [Ap 12,13]. Quanto enim diabolus deicitur, tanto magis persequitur. *Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam uelut flumen, ut eam flumen auferret* [Ap 12,15]. Id ²⁷⁶ est populum incitat diabolus qui persequatur Æcclesiam, cum per se nichil facere potuerit.

¶ *Et uidi ascendentem bestiam de mari* [Ap 13,1], supra dixerat de abyssu, nunc dicit de mari. Mare et abyssus et bestia, unum est. Id est homines mali qui nascuntur de malis ²⁷⁷, sicut uiperæ nascuntur de uiperis ²⁷⁸. In hac bestia, multa demonstrat membra. Aliquando diabolus, aliquando sacerdotes malos, aliquando populum malum, aliquando religiosos malos. *Habentem cornua decem et capita septem, et*

260. a final ajouté en interligne.

261. stella corr. en stellæ.

262. sunt ajouté en interligne.

263. ur ajouté en interligne d'une encre plus claire.

264. Tilde ajouté sur le a final.

265. terre corr. en terra par surcharge.

266. quem corr. en quos par grattage et ajout de os.

267. cum corr. en dum.

268. cum ajouté dans la marge d'une autre encre.

269. membra corr. en membris.

270. i corrigé en e par surcharge.

271. us final corr. en um.

272. omnibus corr. en hominibus par lettres suscrites d'une encre plus claire.

273. Trou circulaire sur le parchemin.

274. expulsum corr. en expellunt par surcharge et lettres suscrites.

275. a ajouté en interligne d'une encre plus claire.

276. Id légèrement rentrant.

277. malo corr. en malis.

278. a final corr. en is.

super cornua eius decem diademata, et super capita eius nomen blasphemie [Ap 13,1]. In cornua potestatem dicimus, uel superbiam. In capita principes mundi. In diademata, nomen christianitatis. In nomen blasphemie, principes suos qui ²⁷⁹ laudant et timent, et quasi deos obaudiunt, [fol. 21r^o a] ²⁸⁰ et Deum qui fecit omnia cognoscere nolunt, et sine dubio in Antichristi membris reperiuntur.

¶ *Et uidi aliam bestiam ascendentem de terra* [Ap 13,11].

Aliam dixit de offitio, sed una est que secundum uoluntatem bestie facit. Falsum prophetam et sacerdotem dicit. *Et habebat duo cornua similia agno*, id est Legem et Euangelium praedicabat sicut agnus, et simulabat spetiem iusti hominis, et loquebatur quasi draco, et ignem de celo descendere facit in conspectu hominum [Ap 13,11,13]. Et ²⁸¹ sicut hodie magi per angelos refugas signa faciunt in oculis hominum, ita et sacerdotes mali qui adstante populo babtizant, sacerdotes ordinant, siue reconciliant, hii ²⁸² ignem faciunt descendere de celo. Ignis ²⁸³ Spiritus sanctus est. Celum, Ecclesia. Et seducunt eos, non qui in celo habitant, sed qui in terra. Et faciunt se ipsos simulacrum bestie prioris, et per ipsos in Ecclesia regnat Antichristus.

¶ *Et uidi et ecce agnus stans in monte Sion, et cum eo centum quadraginta quattuor milia habentia nomen eius et nomen patris eius scriptum in frontibus eorum* [Ap 14,1].

Agnus Christus est. Sion speculatio contemplationis est.

Centum quadraginta quattuor milia, omnis omnino Aecclesia est. Hi secuntur agnum, hii ²⁸⁴ cantant canticum nouum [Ap 14,3], id est praedicant Christum natum, et passum, et per babtismum et penitentiam, remissionem omnium peccatorum.

¶ *Et uidi alium angelum uolantem per medium celum, et alium angelum sequentem illum* [Ap 14,6], id est Heliam ²⁸⁵ et qui cum eo uenturus est, qui anticipat predicatione sua regnum Antichristi. Hec secundum litteram [fol. 21r^o b] diximus. Misticem autem angelum in celo uolantem, et alium sequentem, Legem et Euangelium dicit. In celo, id est in Ecclesia, praedicatione discurrente. *Et angelus secundus secutus est dicens : Cecidit, cecidit Babilon illa magna* [Ap 14,8]. Babilonem ciuitatem diaboli dicit, id est populi ²⁸⁶ ipsius ²⁸⁷. Nam sicut ciuitas Dei Ecclesia est, ita e contrario ciuitas diaboli, Iherusalem ²⁸⁸ est. Et Babilon in omni mundo et ista Iherusalem est, que occidit prophetas. Et illa Iherusalem celestis Dei est, ubi nostra conuersacio est. Illa libera est, que est mater omnium nostrorum, ista quippe ²⁸⁹ seruit cum filiis. Nostra uero Ecclesia in hoc mundo non dicitur Iherusalem, id est, uisio pacis, quia in pugna est. Sed Ecclesia nostra Sion dicitur,

279. qui ajouté en interligne de la même main.

280. Dans cette page, outre les adjonctions et les parties de mots signalées, diverses corrections – ponctuation, cédilles – sont d'une encre plus claire.

281. et en interligne d'une encre plus claire.

282. Le second i ajouté d'une autre encre.

283. s ajouté dans l'interligne de la même encre.

* Cette indication est propre au manuscrit de Saint-Sever.

284. Le second i ajouté d'une autre encre.

285. h ajouté dans l'interligne.

286. populum corr. en populi.

287. i initial ajouté dans l'interligne de la même encre.

288. Iherusalem écrit d'une autre encre et d'une autre main.

289. quippe ajouté dans l'interligne d'une encre plus pâle et sans doute d'une autre main.

id est speculatio contemplationis, quia terrena calcit, et medullitus ad cęlestia anelat ²⁹⁰.

Et per enigmata contemplatur quem paulo post facię ad faciem uidere desiderat. Quod autem dicit cęcidit cęcidit *Babilon magna*, hoc damnatis ad iudicium pertinet, quasi factum dicit quod futurum est. Quod duabus ²⁹¹ uicibus repetit ²⁹², cęcidit cęcidit, primum uidemus per heresim et scismata, et dissensionis ²⁹³ opera ab Ecclesia cecidisse, et ipsos ²⁹⁴ in die iudicii dupliciter damnandos ²⁹⁵ esse.

¶ *Et angelus tercius, secutus est dicens : Si quis adorat bestiam et simulacrum eius et acceperit notam in fronte sua, et ipse bibet ex uino irę Dei, et cruciabitur igne et sulfure in conspectu Dei in saecula saeculorum [Ap 14,9].*

Bestiam supra diximus, diabolum et populum eius esse. In fronte cognitio diaboli. In dextera uero nomen quasi christianitatis, [fol. 21v° a] et notam in dextera aut in fronte accipiunt, cum ea quę cognouerunt faciunt.

EXPLICIT LIBER SEXTVS. *

INCIPIT LIBER VII^{mus} *

Et ²⁹⁶ uidi, et ecce nubem albam, et super nubem filium hominis [Ap 14,14], id est Christum. Ecclesiam describit in claritate sua, persecutionum flammam habentem.

Habens in capite suo coronam auream, ipsi sunt seniores cum coronis aureis. Et in manu sua habebat falcem acutam, id est in opere suo, potestatem maledictionis. Propter quod omnis fur et periurus, ex hac usque ad mortem penas, luet. Fur et periurus hipocrite sunt, de quo Dominus ait :

Qui non intrat per ianuam, quę est Christus, fur est et latro. Et angelus exiit de templo, clamans uoce magna sedenti super nubem : Mitte falcem tuam et mete, quia matura facta est messis terre.

Et alius angelus exiit de templo habens falcem acutam dicens : Mitte falcem tuam et uindemia botros uineę terre, et mitte in torcular ire, furoris Domini [Ap 14,16-19].

Falcis messoria, et uindemiatoria, unum est et uno tempore fiunt. Calcatio autem torcularis, et sectio messis retributio est peccatoris. Vt qui modo non excutiuntur per penitentiam a paleis, ut grana fiant, et non torquentur per torcular tribulationis, ut triticum et uinum, ita ut intra Ecclesiam fiant, torquebuntur sine fine, extra Ecclesiam in gehenna ²⁹⁷.

¶ **E**t uidi aliud signum [fol. 21v° b] magnum et mirabile, angelos septem habentes plagas, septem nouissimas, quia in ipsis consumata est, indignatio Dei [Ap 15,1]. Dicit de septem, et reppetit de septem, hoc specialiter intelligendum est quia in septem plagas perfectionis, ira intelligitur, sicut per septem Aecclesias, septenaria ²⁹⁸ gratia declaratur. In has septem plagas iram Domini dicit, quia semper ira Dei perfecte percutit, populum contumacem. *Et uidi sicut mare uitreum, et stantem super eum habentem citharas et fialas [Ap 15,2].* In mare babtismum, quia aqua

290. Lire anhelat.

291. duobus corr. en duabus.

292. Un premier p gratté.

293. Un s effacé, remplacé par un n ajouté en interligne d'une encre plus claire.

294. s final ajouté d'une encre plus pâle.

295. damnatos corr. en damnandos.

296. Grande initiale rehaussée de couleurs rentrante sur cinq lignes.

297. h ajouté en interligne d'une encre plus claire.

298. s final corrigé en a.

maris amara est. Per aquam, babtismum, per amaritudinem penitentia intelligitur. Per uitreum uero fragile ²⁹⁹, quia babtismus ³⁰⁰ cito frangitur, sed per penitentiam in fornace tribulationis restauratur. Citharas quod dicit corda laudantium Deum, id est qui carnem suam crucifixerunt cum uiciis et concupiscentiis huius saeculi, et mortificauerunt membra sua quę sunt super terram.

I Post hæc uidi et apertum est templum tabernaculi testimonii in celo, et exierunt septem angeli, qui habent septem plagas de templo [Ap 15,5]. Templum, tabernaculum, et celum unum est, id est Aecclesia.

Quod autem dicit apertum, manifestatio est siue bona siue mala in Eecclesia. Septem angeli habentes plagas, septem Eecclesie sunt, que in septiformem gratiam unam Eecclesiam faciunt, et habet datam potestatem a Domino ligandi et soluendi, et unusquisque siue bonum facit, siue malum, non potest [fol. 22r° a] in Eecclesia occultari. *Et unus ex quatuor animalibus dedit septem angelis septem fialas aureas, plenas ira Dei uiuentis* [Ap 15,7]. Istę sunt fiale, quas cum odoribus ferunt seniores, et animalia, quae sunt Aecclesie, quę et septem angeli, et quot sunt odoramenta, hoc est ira Dei. Oratio enim sanctorum quę est ignis exiens ex ore testium. Hoc totum irę ³⁰¹ sunt mundo. Vnus ex animalibus dedit Eecclesie fialas, id est euangelium praedicationis, quod si quis audierit saluabitur, et qui non audierit ira Dei percutietur. Euangelium autem uoluntas Dei est. Omnis qui Christum sequitur, uoluntatem patris facit. *Et nemo poterit intrare templum, quousque firmentur* ³⁰² *septem plagę* [Ap 15,8]. Id est, nemo ex ipocritis poterit intrare Eecclesiam, quia erit pressura magna, qualis numquam fuit. Et non liberaretur omnis caro, nisi Deus propter electos breuiasset illos dies.

EXPLICIT LIBER SEPTIMVS. *

INCIPIT LIBER OCTAVVS ³⁰³. *

Et ³⁰⁴ audiui uocem de celo magnam dicentem septem angelis. *Ite, effundite fialas irę Dei in terram.* Data potestas est Eecclesie, ut iram perfundat in terram de qua exiit. Omnes istę plagę spiritales sunt. Nam ipso tempore illesus erit omnis populus impius, ab omni plaga corporis, quasi qui acceperit totam mali faciendi potestatem. Neque flagellatur in corpore, quia si flagellaretur, aliquando corripereetur. Sed usque in finem, in adimpletionem peccatorum suorum per-[fol. 22r° b]-durat. *Et primus angelus effudit fialam suam in terram. Et secundus angelus effudit fialam suam in mare. Et tercius angelus effudit fialam suam in flumina, et fontes aquarum. Et quartus angelus effudit fialam suam super solem. Et quintus angelus effudit fialam suam super tronum bestię. Et sextus angelus effudit fialam suam super flumen magnum Eufraten* ³⁰⁵ [Ap 16,2-4,8-10,12]. Et septimus angelus effudit fialam suam super aerem. Terra autem, mare, flumina, fontes aquarum, sol, thronus bestię, fluuius Eufrates, aer, hæc sunt, super quae angeli effuderunt fialas. Terra, id est

299. m final effacé.

300. um final corr. en us.

* Cette indication est propre au manuscrit de Saint-Sever.

301. ira corr. en irę.

302. firmentur corr. en firmentur par e suscrit d'une encre plus pâle.

303. Capitales rehaussées de couleurs.

304. Grande initiale rehaussée de couleurs rentrante sur quatre lignes.

305. n ajouté d'une autre encre.

homines, quod probari facile potest. Omnibus enim angelis in terram fundere mandatum est. Omnes enim plage istę spiritales intellegendę sunt.

Plaga enim est insanabilis, et ira magna accipere potestatem peccandi. Maxime in sanctos. Nec corripĭ, adhuc maior ira Dei, et terrorum fomenta subministrari.

Et unusquisque sanctus quicquid ³⁰⁶ facit, sibi iustitiam putat, ut semper sibi placeat, et putat se Deo sacrificare, et fratribus ministrare. Hoc est plaga ire Dei que maxime in seruos Dei grassatur, qui uoluntates proprias secuntur.

¶ *Et uidi ex ore draconis et ex ³⁰⁷ ore bestię et ex ore pseudoprophete, spiritus tres inmundos quasi ranę [Ap 16,13].* Draconem iam supra diximus, diabolum esse, et bestiam id est corpus diaboli, quod sunt homines mali, et pseudopropheta, praepositi corporis diaboli, quod sunt sacerdotes et praedicatores mali, qui unum spiritum habent quasi [fol. 22v^o a] ranę. Ranę demones sunt. Ranę enim in lacunas et collectiones aquarum nutriri solent, et hęc aqua immunda est, et ad nichil aliud prodest animal ipsum, nisi quod sonum uocis improbis et inportunis clamoribus reddit. Per se tamen animal inmundum est, et aqua ubi nutritur, sordidissima. Quid est aliud nisi pseudoprophetę? Id est sacerdotes et praedicatores sordidissimi, qui quantum per se sordidi sunt, sicut ranę. Aetiam et ipsam aquam scripturarum inflata modulatione, et uelut ranarum sonis et cantibus, huic mundo deceptionis fabulas inferunt. Sic sunt intra Aecclesiam sub nomine religionis ut Eecclesiam premant, et in hoc pseudoprophetę ³⁰⁸, quattuor membra sunt. Id est hereticus, quod unusquisque id sibi eligit et facit arbitrio suo, quod melius illi esse uidetur. Et si ab aliquo catholico corripitur, uendicat ³⁰⁹ quod fecerit. Iste foras Aecclesię ³⁰⁸ est. Alius est scismaticus. Scisma, ab scissura animorum uocata, eadem enim religione, eodem cultu, eodem ritu, credit ut cęteri sancti, sed solo congregationis delectatur discidio. Id est, cum cęteris ³¹⁰ sanctis qui Eecclesias, unum non habet consilium, qui putat plus se sanctum quam cęteri in Aecclesia, et quia plus uigilat, plus laborat, plus ieiunat quam cęteri, ita ³¹¹ plus se sanctum existimat, ut omnia inmundum se dicat sanctificare. Alius est superstitiosus. Superstitio dicta, eo quod sit superflua aut super insti-[fol. 22v^o b]-tuta religionis obseruatio. Et iste non uiuit eequaliter ut cęteri fratres, sed quasi amore martirum semetipsum perimit, ut uiolenter de hac uita discedens martyr nominetur. In greco uocabulo cotopita dicitur, quem nos latine circumcellionem ³¹² dicimus, eo quod agrestis sit. Circumit ³¹³ prouintias, quia non sinit se uno in loco cum fratribus uno esse consilio, et unam uitam habere communem, ut anima una et cor unum uiuat apostolico more. Sed ut diximus, semper uult diuersas terras circuire, et sanctorum sepulcra preuidere, quasi pro salute anime sue, sed nichil ei proderit, quia hoc sine communi consilio fratrum facit. Quartus est ipocrita. Ypocrita dictus greco sermone, quod latine simulator dicitur, qui dum intus malus sit, bonum se palam ostendit. Ippo enim falso dicitur. Crisin, iuditium interpretatur. Nomen autem ypocrite tractum est ab

306. *Le second i suscrit.*

307. *ex ajouté en interligne d'une encre plus pâle.*

308. *a final corr. en æ d'une plume plus fine.*

309. *uindicat corr. en uendicat.*

310. *Les huit dernières lignes de la colonne a sont très effacées.*

311. *Les dernières lignes de la colonne sont très effacées et difficiles à lire ; certains mots ont dû être restitués d'après Sanders.*

312. *cil corr. en cel d'une plume plus fine.*

313. *Le m de um gratté et remplacé par un tilde sur le u.*

spetie eorum, qui in spectaculis contacta facie incedunt³¹⁴, distinguentes³¹⁵ uultum cęruleo, id est nigro, mineoque³¹⁶ colore, et cęteris pigmentis, habentes simulacra oris lintea gipsata, et uario colore distincta. Aliquando et colla et manus cera perungentes, ut ad persone colorem peruenirent et populum dum in ludis agerent, fallerent, modo in spetie uiri, modo in femine, modo tonsi, modo criniti, modo senili, modo uirginali. Cęteraque spetie, ętate, sexuque speties argumenti translata est, et de hoc [fol. 23r^o a] accipit ypocrita nomen, de his qui falso uultu incedunt, et simulant quod non sunt. Ita hoc genus monachorum intus sunt mali, sed foris boni³¹⁷ se ostendunt. Nam ipocritae dici non possunt, ex quo foras exierint, cum se manifestauerint, sed iam heretici dicuntur. Haec quattuor genera proprie dicuntur pseudoprophete. Et dictus pseudopropheta eo quod a se surgit, siue in ępiscopatu, siue in presbiterio, siue in diaconatu, siue in religionis ostensione, siue in penitentie cultu.

Suo arbitrio uiuunt, et quod fatiunt sanctum sibi ducunt³¹⁸, et per auctoritatem scripturarum, se³¹⁹ uerbis mendacibus defendunt. Quare, quia non a catholica Aecclesia ęliguntur. Isti sunt fures et latrones, qui non per ostium in ęcclesia intrare uolunt, que³²⁰ est Christus. Hii³²¹ sunt membra draconis et bestie et pseudoprophete, de quorum ore tres spiritus inmundos quasi³²² ranę uidit exire. Unum³²³ spiritum uidit, et³²⁴ pro numero partium unius corporis esse³²⁵ demonstrauit. Draco, id est diabolus. Bestia, id est corpus diaboli, quod est populus malus. Et pseudopropheta³²⁶, id est prepositi corporis diaboli qui³²⁷ unum spiritum habent, quasi ranę, quia³²⁸ unum uerbum omnes adfirmant.

¶ *Et septimus angelus effudit fialam suam in aerem, et exiit uox magna de templo a trono dicens : Factum est [Ap 16,17], id est, finitum est. Templum uero et thronum, ęcclesiam diximus. Cum uero dicit finitum est, septem [fol. 23r^o b] plagas dixit finiri³²⁹, sed recapitulat ab eadem³³⁰ persecutione. Et facta sunt fulgura, et uoces, et tonitrua et terremotus, qualia³³¹ non sunt³³² facta³³³, ex quo homines facti sunt super terram, tantus terremotus et tam magnus [Ap 16,18], id est pressura qualis non fuit. Et facta est ciuitas illa magna in tres partes [Ap 16,19]. Ciuitas magna omnis omnino populus est, quisquis est sub cęlo, qui fiet in tres partes, cum ęcclesia diuisa*

314. Un n effacé laissant un espace entre ince et dunt.

315. u suscrit.

316. minio corr. en mineo par surcharge.

317. Un s final a été gratté.

318. dicunt corr. en ducunt.

319. sed corr. en se par grattage.

320. ue suscrit.

321. Le second i ajouté en interligne d'une plume plus fine.

322. Espace entre qua et si.

323. Trou entre Unum et spiritum.

324. sed corr. en et.

325. esse interlinéaire.

326. e final gratté.

327. i suscrit.

328. a final ajouté en interligne.

329. e final corr. par surcharge d'un grand I.

330. e initial supprimé en fin de ligne et ajouté en début de ligne suivante.

331. qualis corr. en qualia.

332. est corr. en sunt.

333. factus corr. en facta.

fuerit, ut sit gentilitas una pars. Et abhominatio uastationis altera est. Et Aecclesia quę exiit de medio ipsius, tertia. *Et ciuitates gentium ceciderunt, et Babylon illa magna in mentem Deo uenit, dare ei poculum uini irę suę. Et omnis insula fugit, et montes non sunt inuenti* [Ap 16,19]. Ciuitates³³⁴ gentium gentes sunt non babtizatę³³⁵. Babylon, abhominatio est uastationis, quod est latinę generale malum, siue in paganos, siue in christianos, siue in seruos Dei. Quicquid malum agitur Babilon dicitur. Babel³³⁶ enim confusio, id est, diuisio interpretatur. Et quicquid malum est, a Christo et ab Aecclesia separatur. Tunc autem Babilon cadit, aut iram Dei bibit, cum potestatem accipit aduersus Aecclesiam, pęcipue nouissimo tempore. Propterea ipsam dicit cęcidisse pro terrore et metu et contumelia quę facit Aecclesia. Quia ut diximus, pagani et christiani mixti sunt cum Aecclesia. Non enim separatas ciuitates habent christiani, ut ipse specialiter cęciderint, aut si [fol. 23v^o a] in diem iudicii putandum est, cur postea Babilon in mentem Deo uenit. Sed has³³⁷ ciuitates bonę et malę in omnes describuntur, et quod dicit ciuitates gentium cęciderunt, id est spem suam quam³³⁸ in hoc mundo habebant, perdidit.

Insulę³³⁹ uero et montes, qui fugerunt et non sunt inuenti, Eccclesia est quę omnes³⁴⁰ iniurias supportat, et malum pro malo non reddit. Et cum conuicia sustinet et ad uerba blasphemantium non respondet fugere³⁴¹, et non esse inuenta dicitur. *Et grando magna quasi talentum quę descendit*³⁴² *de caelo supra omnes* [Ap 16,21]. Hanc grandinem dixit iram Dei, per³⁴³ quam³⁴⁴ populum³⁴⁵ Deus comminatur. *Et blasphemauerunt homines Deum et plaga grandinis, quoniam magna est plaga eius nimis.* Haec plaga quam³⁴⁶ diximus, hodie³⁴⁷ intra Eccclesiam est, et cum unusquisque precepta Domini non facit, spiritualiter grandine deuastatur. Grando enim quicquid³⁴⁸ tenerum inuenerit deuastat. Ita ira dei, quicquid tenerum, id est molle et dissolutum uel tepidum, inuenerit, tunc deuastat, cum totis uiribus laborantem non uidet.

EXPLICIT LIBER OCTAVVS. *

INCIPIT LIBER NONVS³⁴⁹ :: *

Et³⁵⁰ uenit unus ex septem angelis habentibus fialas, et locutus est mecum dicens : Veni, ostendam tibi damnationem meretricis magne [fol. 23v^o b] sedentis³⁵¹ super aquas

334. ate ajouté en interligne au-dessus de a gratté, de la même main semble-t-il, mais d'une encre plus foncée.

335. as final corr. en æ.

336. Babil corr. en Babel.

* Cette indication est propre au manuscrit de Saint-Sever.

337. h ajouté d'une encre plus pâle au début de la ligne.

338. quem corr. en quam.

339. Initiale rentrante.

340. i corr. en e par surcharge d'une encre plus claire.

341. Corr. erronée du i en e d'une encre plus claire.

342. descendunt corr. en descendit.

343. per ajouté en interligne d'une encre plus claire.

344. quem corr. en quam.

345. o final corr. en m.

346. quę corr. en quam.

347. h ajouté en interligne d'une encre plus claire.

348. Le second i suscrit.

349. Capitales rehaussées de couleurs, initiale rentrante.

*multas, cum qua fornicati sunt reges terre et inebriati sunt qui habitant terram de uino fornicationis eius [Ap 17,1-2]. Unus ex septem angelis, quem dicit Aecclesia est. Fiala³⁵² uero Euangelium est. Mulierem meretricem, quam³⁵³ dicit, corruptelam³⁵⁴ et opera³⁵¹ mala³⁵¹, dicit. Sedere super aquas multas, id est super populos. Aquę enim populi sunt, siue christiani³⁵⁵ mali, siue pagani, siue heretici. Ipsa est enim illa bestia, quam³⁵² supra diximus. Reges terre, quos dicit, principes mundi sunt. Quod dicit inebriatos³⁵⁶, id est, opera eorum et iussiones³⁵⁷ malę³⁵⁸, que³⁵⁹ intrant per ipsos. *Et pertulit me in heremum in spiritu, et uidi mulierem sedentem super bestiam [Ap 17,3]. Heremum dicit desertum, id est, ubi p̄dicatio euangelica nec agitur, nec recipitur. Bestia uero et aquę multę unum est, id est populus malignus, qui corpus est³⁶⁰ diaboli et est aduersarius³⁶¹ agno, id est Christo, et Aecclesię³⁶². *Et uidi mulierem sedentem super bestiam coccineam [Ap 17,3], id est peccatricem et cruentatam³⁶³ sanguine martirum et omnium sanctorum, habentem³⁶⁴ capita septem et cornua decem. Capita septem omnes reges dicit, et cornua decem omnia regna. Quia septem et decem perfectus est numerus³⁶⁵. *Et mulier erat adornata auro, lapide p̄tioso, et margaritis. Et habebat [fol. 24r° a] in manu sua calicem aureum, plenum abhominacione³⁶⁶ et inmunditia³⁶⁷ fornicationum eius [Ap 17,4]. Quod autem dixerat ornatam et calicem aureum plenum inmunditia, ypocrisis est. Quia foris quidem apparent hominibus quasi iusti, intus³⁶⁸ autem pleni sunt omni inmunditia. Hęc mulier cum bestia et reges terrę uisi sunt in cęlo, id est in Aecclesia. Hii sunt qui cum agno pugnant³⁶⁹, id est, usque in finem sæculi Aecclesię aduersabuntur. *Et agnus uincet eos, quia Dominus dominorum et Rex regum est, et qui cum eo uocati et electi et fideles [Ap 17,14]. Quia non omnes uocati electi sunt, quia multi uocati, pauci uero electi. Multi fideles, sed non electi. Et dicit michi : Ueni, hostendam tibi mulierem agni. Et ostendit ciuitatem descendantem de cęlo [Ap 21,9]. Agnus, Christus est. Mulier agni Eecclesia est. Semper descendit de cęlo, quia semper in poenitentia humiliatur.*****

EXPLICIT LIBER NONUS. *

350. Grande initiale rehaussée de couleurs rentrante sur trois lignes.

351. s final ajouté d'une autre encre.

352. Le m final a été gratté.

353. quem corr. en quam.

354. Par erreur, la cédille a été placée sous le t.

355. sint effacé après christiani.

356. Plusieurs lettres effacées remplacées par s.

* Cette indication est propre au manuscrit de Saint-Sever.

357. nes ajouté en interligne de la même main.

358. mala corr. en malę.

359. i corr. en e par surcharge.

360. s ajouté en interligne d'une encre plus pâle.

361. ad séparé de la fin du mot par un trou dans le parchemin.

362. a final corr. en æ.

363. ta ajouté en interligne peut-être de la même main.

364. m séparé du début du mot, mais rattaché par un lien.

365. n séparé de la fin du mot, mais rattaché par un lien.

366. um corr. en e.

367. rum final gratté.

368. tus écrit d'une autre main sur des lettres grattées.

369. pugnant corr. en pugnant.

INCIPIT LIBER DECIMVS ³⁷⁰ : *

Postea ³⁷¹ uidi alium angelum descendentem de cęlo, habentem potestatem magnam, et terra illuminata ³⁷² est a claritate eius, et clamauit in fortitudine dicens : Cęcidit, cęcidit Babilon illa magna, et facta est habitaculum demoniorum [Ap 18,1]. Iste angelus, Christus est. Quod autem clamauit ³⁷³ fortiter, pŕedicatio est. Quod ergo cecidit, cecidit ³⁷⁴, dicit, Babilon illa ³⁷⁵ magna [fol. 24r^o b] et facta est habitaculum demoniorum [Ap 18,2], plenius ostendit Babilonem in duas esse partes diuisam, id est in ³⁷⁶ paganos et malos christianos, quia ³⁷⁷ utrique ³⁷⁸ a Deo separantur, qui alteri ³⁷⁹ negant per fidem, et ³⁸⁰ alteri per operationem ³⁸¹. Propterea admonet Eclesiam dicens : Exite de ea popule ³⁸² meus, ne communicetis peccatis eius, et plagis eius ne ledamini [Ap 18,4]. Hoc Eclesiae dicit. Et tulit unus angelus lapidem molarem grandem, et misit in mare, dicens : Sic in impetu deicietur Babilon magna ciuitas, et non uidebitur amplius [Ap 18,21]. Iocunditatem dicit transire impiorum, et ultra non inueniri. Postea audiui uocem magnam populi multi in cęlo, dicentem alleluia [Ap 19,1] ; hoc ³⁸³ est quod ³⁸⁴ semper dicit Ecclesia, cum dissensio ³⁸⁵ facta fuerit, et cum apertius uindicata, quia cum Babilon ³⁸⁶ separatur non in hoc mundo, nisi cum utreque ³⁸⁷ de corpore exeunt. Et uadent ³⁸⁸ impii in profundum inferni, quando ³⁸⁹ angelus mitet ³⁹⁰ lapidem molarem in profundum maris.

EXPLICIT LIBER DECIMVS. *

INCIPIT LIBER VNDECIMVS ³⁹¹ . *

Et ³⁹² uidi caelum apertum, et ecce equus albus, et sessor eius uocatur fidelis et uerus [Ap 19,11]. Iste equus Eclesia est et sessor eius Christus. Hic est equus quem primo signo uiderat, inter roseum, nigrum et pallidum. Et uidi angelum stantem in sole [Ap 19,17], id est praedicationem ³⁹³ in Eclesia, et clamauit uoce magna [fol.

370. Capitales rehaussées de couleurs.

371. Grande initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur huit lignes.

372. in initial corr. en il.

373. clamauit ajouté en interligne d'une autre main, semble-t-il.

374. cecidit, cecidit ajoutés d'une encre plus claire en interligne.

375. illa ajouté d'une encre plus claire dans l'interligne.

* Cette indication est propre au manuscrit de Saint-Sever.

376. in ajouté en interligne d'une encre plus claire.

377. a ajouté en interligne.

378. utrisque corr. par grattage du s.

379. alteri ajouté en interligne d'une encre plus sombre.

380. et ajouté en interligne.

381. tionem ajouté en interligne d'une encre plus claire.

382. s gratté et remplacé par e d'une encre plus claire.

383. haec corr. en hoc.

384. quod ajouté en interligne d'une encre plus claire.

385. dissensio corr. en dissensio par grattage du s et addition de n en interligne.

386. ia final gratté.

387. utrique corrigé en utreque.

388. uadunt corrigé en uadent.

389. ndo ajouté en interligne d'une encore plus claire.

390. mittit ajouté en marge et corrigé en mitet par grattage et e suscrit.

391. Capitales rehaussées de couleurs, initiale rentrante.

392. Grande initialerehaussée de couleurs, rentrante sur 3 lignes.

393. nem ajouté dans la marge.

24v° a] *dicens omnibus auibus, quę³⁹⁴ uolant in medio cęli, dicens: Venite, congregamini ad cęnam magni³⁹⁵ Dei, ut manducetis carnes regum et tribunorum, et fortium liberorum, et seruorum, pusillorum et magnorum. Hos omnes spiritualiter comedit³⁹⁶ Aecclesia, dum comeditur³⁹⁷. Hanc dissensionem³⁹⁸, et epulas spirituales paratas, habet Eccclesia. Aues uolantes, Aecclesiam dicit. E[t]³⁹⁹ quos⁴⁰⁰ comedere diximus, inimici Eccclesiae sunt, quos semper spiritualiter deuorat. Et uidi bestiam et reges terre et exercitus eorum congregatos, facere bellum cum sedente⁴⁰¹ super equum⁴⁰², et cum exercitu eius [Ap 19,19]. Bestia diabolus est, et omnis populus qui contra Eccclesiam et Christum pugnat⁴⁰³. Et capta est bestia, et cum eo pseudopropheta qui fecerat signa in conspectu bestię [Ap 19,20], ut adorarent simulacrum eius, et⁴⁰⁴ uiuentes missi sunt ipsi duo in stagnum ignis ardentis et sulfuris [Ap 19,21]. Bestiam captam quam⁴⁰⁵ dicit in finem aduentus sui, Dominus diabolum comprehendet, et cum eo pseudo prophetam, id est, diabolum et populum malignum, et prepositos, unum corpus diuisit in partes. Nam⁴⁰⁶ hii duo uiuentes, populus est, et prepositi, quos Dominus uiuos inueniet. Hos⁴⁰⁷ dicit uiuentes mittere in stagnum ignis ardentis. Reliqui uero occisi sunt⁴⁰⁸ gladio sedentis super equm⁴⁰⁹ exeunte de ore eius, et omnes aues saturate sunt de carnibus eorum [Ap 19,21], id est quos⁴¹⁰ suo aduentu Christus mortuos inuenerit. Per ipsos dicit reliquos. Sedentem super equum, Christum dicit super Eccclesiam. Gladium ex ore [fol. 24v° b] eius, uerbum est predicationis. Omnes aues quas⁴¹¹ dicit, sancti sunt quod est Aecclesia. Quod uero saturari⁴¹² dicit de carnibus eorum, id est omni tempore comedit⁴¹³ Aecclesia, carnes inimicorum suorum. Signabitur autem in resurrectione, de eorum carnali⁴¹⁴ opere uindicta. Post aduentum autem Domini et bestię damnationem, quis occidetur gladio, a manifestis auibus comedendus⁴¹⁵, cum corpora uero⁴¹⁶ tunc resurgent, ut homines integri iudicentur. Hic facit finem, et recapitulat ab origine.*

¶ Et uidi alium angelum descendentem de celo, habentem clauem abyssi, et catenam magnam in manu sua, et tenuit draconem, id est diabolum, et ligauit eum in abyssum,

394. qui corr. en quę.

395. am final corr. en i.

396. Un second m a été gratté.

397. comeditur corr. en comeditur par grattage.

398. dissensionem corr. en dissensionem par grattage du s et n suscrit.

399. E ajouté après grattage de et.

400. quos répété dans la marge.

401. i final corr. en e.

402. Un a initial gratté.

403. Un n gratté entre a et t.

404. et suscrit.

405. quod corr. en quam.

406. iam corr. Nam.

407. H ajouté après grattage de plusieurs lettres.

408. Un trait remplace des lettres grattées.

409. Un premier u gratté.

410. uos écrit d'une plume plus fine sur des lettres grattées.

411. o corr. en a par surcharge.

412. ra ajouté en interligne d'une autre main.

413. comedit corr. par grattage d'un m et lien entre com et edet.

414. s final gratté.

415. commedendus corr. en comedendus et lien entre com et edendus.

416. uero ajouté en interligne d'une encre plus claire.

annis mille. Exclusit ⁴¹⁷ *et signauit super eum, ne seducat amplius homines, usque dum finiantur mille anni [Ap 20,1-2]. Angelum quem dixit, Christum dicit primo aduentu. Clauem abissi, populi sui potestatem. Catenam quam dicit, potestatem quam dedit Deus populo suo. Quod uero dicit* *ligauit eum mille annis in abissum, abissus, populus est, exclusus de cordibus credentium. Quod dixit mille annis* ⁴¹⁸, *a primo aduentu Domini usque ad secundum aduentum dicit, ut eos qui credituri sunt non noceat, quantum cupit. Post haec oportet eum solui modico tempore [Ap 20,3], id est in finem saeculi, quando in Antichristo ingressurus* ⁴¹⁹ *erit ille princeps diabolus, et sui ministri in homines malos, tunc talem potestatem habebit, qualem numquam habuit. Et uidi thronos et sedentes super eos et iudicium datum est eis [Ap 20,4]. Thronos, duodecim [fol. 25r° a] tribus Israel dicit, quod est Eꝑcclesia, quę sedet in Christo, a primo aduentu Domini, de quo diabolus ligatus est. Quę iam sedet et iudicat, quia sicut scriptum est, iam sancti mundum iudicant. Sed ipsi hoc faciunt, qui perfecte mundum derelinquunt, et Christum tota* ⁴²⁰ *mente sequuntur. Hoc de uiuis* ⁴²¹ *sanctis dicit. Dicit et de sepultis sanctis. Et uidi animas occisorum propter uerbum Dei et testimonium Ihesu [Ap 20,4]. Ambobus enim perhibet* ⁴²² *Aecclesia testimonium, id est uerbo et carni, qui est unus Christus filius Dei. Beatus et sanctus, qui habet partem in resurrectione prima. In eis secunda mors non habebit potestatem [Ap 20,6], id est qui in hoc saeculo uenerint ad penitentiam, in futuro non mittentur in gehennam, sed erunt sacerdotes Christi, et regnabunt cum eo mille annis [Ap 20,6], id est in perpetuum. Mille enim perfectus numerus est. Et cum finiti fuerint mille anni, soluetur Satanus de custodia sua [Ap 20,7], id est soluetur in nichilum, simulque deficiet et uadet in perditionem* ⁴²³ *aeternam. Nam non sic soluetur ut liberetur, sed seducet gentes, quę sunt super quattuor angulos* ⁴²⁴ *terre, quod est Gog et Magog [Ap 20,8]. Seducere, disperdere est, et secum in perditionem trahere omnes impios, quos in quattuor angulos terre seduxit. In una secum perditione collectos, eternis faciet mancipari suppliciis.*

[Ap 20,8], quorum est numerus, sicut arena maris, id est multitudo peccatorum eleuata in superbia, sed terrena eos opera deprimunt ⁴²⁵. *Cir-[fol. 25r° b]-cumeunt castra sanctorum [Ap 20,9], id est, communes* ⁴²⁶ *uolunt sanctis* ⁴²⁷ *existere, sed iam prophetatum est de ipsis. Conuertentur ad uesperum, et famem patientur ut canes, et circuibunt ciuitatem. Et descendet ignis de celo et deuorabit eos, et diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis et sulfuris, ubi est bestia et pseudopropheta, et cruciabunt die ac nocte, in secula seculorum [Ap 20,9-10]. Hęc est illa solutio quam supra diximus, ut seductor cum seductis intereat.*

EXPLICIT LIBER VNDECIMVS. *

417. Ex écrit d'une encre très sombre sur des lettres grattées.

418. o corr. en i par surcharge.

419. s final corr. en rus ajouté en interligne.

* Cette indication est propre au manuscrit de Saint-Sever.

420. ta addition marginale de la même main.

421. Le second i suscrit.

422. h ajouté en interligne d'une autre main.

423. Une lettre grattée devant le t.

424. u ajouté en interligne.

425. deprimit corr. par grattage et un suscrit peut-être d'une autre main.

426. is final corr. en es.

427. s final ajouté d'une autre main.

INCIPIT LIBER DVODECIMVS ⁴²⁸ . *

Et ⁴²⁹ uidi thronum magnum et candidum et sedentem super eum [Ap 20,11]. In throno, iudicii figura est, quando enim ⁴³⁰ Christus in diem iudicii, per semetipsum, omnem mundum iudicabit. Candidum quod dicit, quia unumquemque per iusticiam iudicabit.

Ad cuius conspectum fugiet terra et cælum [Ap 20,11], quia non poterunt tante potestatis iudicium sustinere, cælum et terra. Nullus enim locus in loco est apud eum, sed quasi nichilum et inane, reputata ⁴³¹ sunt ei.

Sic ostensa forma iudicii, iudicantis qualitate disposita, iudicium ipsum agitari iam dicit, uidi quoque ⁴³² mortuos magnos et pusillos, stantes in conspectu throni, et libri ⁴³³ aperti sunt [Ap 20,12], id est uniuersorum opera declarantur. Et alius liber apertus est, qui est uite. Liber uite Christus est. Tunc ostenditur uniuerse creature sue, et iudicati sunt mortui, [fol. 25v° a] ex his que scripta sunt in libris secundum opera ipsorum [Ap 20,12], id est per Legem et Euangelium iudicati sunt, secundum quod ex eis fecerunt, aut non fecerunt. Et dedit mare mortuos suos [Ap 20,13], id est quos uiuos inuenerit, in isto saeculo. Et mors et infernus dederunt mortuos suos. Ipse sunt gentes sepulte. Et qui non est inuentus in libro uite scriptus [Ap 20,15], id est, qui non est iudicatus a Domino uiuus missus est in stagnum ignis. Hec est mors secunda. Et uidi cælum nouum et terram nouam.

Primum enim cælum et terra habuit, et mare iam non est, et ciuitatem sanctam Iherusalem nouam uidi descendentem de cælo a Deo compositam, sicut sponsam ornatam uiro suo [Ap 21,1]. Cælum nouum et terram nouam dicit sanctos, sine corruptione. Iherusalem celestis, multitudo sanctorum est, que quidem ⁴³⁴ cum a Domino dicitur esse uentura, coniungenda domino suo erit in æternum, et mansura cum eo. Et audiui uocem de trono dicentem : Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit cum ipsis, et ipsi populi eius erunt, et ipse Deus cum eis erit eorum Dominus. Et absterget Deus omnem lacrimam ab oculis eorum, et mors ultra non erit, neque luctus neque dolor. Quia ⁴³⁵ que prima fuerant, abierunt [Ap 21,3-4].

428. Capitales rehaussées de couleurs.

429. Grande initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur trois lignes.

430. enim ajouté en interligne d'une autre main.

431. e final corr. en a par surcharge.

432. quoque ajouté en interligne d'une autre main.

433. liberi corr. libri par grattage.

434. quidem ajouté en interligne d'une autre main.

435. Quia ajouté en marge d'une autre main et d'une autre encre avant le Q de Que ; Que exponctué.